



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scopvs Biblicvs Veteris Et Novi Testamenti

Novicampianus, Albertus

Antverpiae, 1566

Widmung

urn:nbn:de:hbz:466:1-30443

SPECTA-

BILI AC MAGN.
Domino Spitconi Iordan de
Zacliczin & Melstin, Castel-
lano Sandecensi, & Regni Po-
loniæ Thesaurario Supremo,
Capitaneo Camionacési, &c.
Albertus Nouicampianus.

S. P. D.



Vmano in-
genio id pe-
culiare esse
Philosophi

*Ratio Me-
thodi in li-
bro hoc ob-
seruata*

grauissimi prodidère,
Magnifice Domine,
vt in percipiendis di-
sciplinis, à commu-
nioribus ad minus cõ-
munia progrediatur.

Pro-

AD MAGNIFIC. D.

Proinde efflagitantibus quibusdā lectissimis iuuenibus Polonis & Hungaris, vt illis aliquid in literis sacris legerē : cū maiora ipsis præstare non potuissem, Aristotelis scriptis enarrandis occupatus : cupiebam autem pro pietate Christiana, ea in re illis gratificari, tanquā ad mercaturam bonarū literarum Cracouiam profectis: cōgessi seriem &
ca-

capita præcipua , contentorum in Biblijs veteris & noui Testamenti, ad quæ ceu scopum omnia diriguntur, his & annotationes adieci, plenioris sensus gratia. Quæ quidem illi habentes, tanquam sagittarij , citius & melius, id quod oportet, attingere poterint. Hæc tandem, volens animi mei in te promptitudinem tibi testatam esse, sub nominis tui
au-

auspicio edenda cura-
ui, quippe qui, vt spe-
ctatissimæ probitatis
es, literarumque aman-
tissimus: ita probis &
doctis, efflorescendis-
que studijs vnicè fa-
ues. Maiora quidem
danda erant, verùm il-
la nobis nondum ma-
turuerunt. Quamuis
& hæc, si vtilitas specte-
tur, non vsque adeò
parua erunt, præsertim
à primo limine (quod
dicitur) literas sacras
salu-

SPITCONEM IORD.

salutaturis. Ignorantes enim scopum in vnoquoque scripto, similes sunt cæcis, nescientibus quò ferantur. Neque parui artificij est, rem latissimè patentem in angustum perdiscendi gratia contrahere. Eiusdemque artificis est, copiosè et breuiter dicere. Vale studiosorum summe Mecœnas.